



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

De gloria nouæ ciuitatis. tit. 252

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

œrebri & oculorum perturbatione fluit. Et talis post iudicium etiam manebit : Quia cessante motu cœli, cessabit omnis generatio & corruptio.

Matt. 8.  
13. 22. 24. 25  
Luc. 13.

Tertia pœna in inferno, inquit Christus, est stridor dentium, per quem designatur omnis dolor, quem damnati in corpore & anima patientur, id est, magnitudo & longitudo pœna. Per stridorem dentium non corruptitur corpus, sed tantum doloris magnitudo ostenditur: melius esset, non esse natum hominem, quam sic fore damnatum, Matthæi. 26. Et 2 Petri. 2. Melius fuisset, non agnouisse veritatem, quām post agitam &cæt. Pœnæ huiusmodi sunt æternæ, non ad annum unum aut alterum, sed ite, Iudex inquiet, in ignem æternum, Matth. 25.

Secundò, ex prædictis pœnis agnoscitur nunc beneficium Christi, quod nobis cōtulit viētima sua crux, quia ideo sustinuit tam cruentas pœnas, flagellationem, coronationem spinosam, maledictam crucifixionem, ut nos ab æternis huiusmodi cruciatibus liberaret, ut nos iustitia sua mundaret, factus est pro nobis maledictum, Gala. 3. & 2. Corinth. 5. At inquires: nunquid nō C H R I S T V S destruxit infernum, sicut canimus tempore paschatis, quod infernum viet & astra tenet? Respondeo, Propheta Oseas 13 dicit quod dedit morsum inferno, Ego morsus tuus inferno, id est, Christus bonis & fidelibus destruxit ac debilitavit, quos trahere amplius ad se non potest infernus, sed malis & incredulis non est destructus. Nam Matthæi. 25, dicitur: ite in ignem æternum, qui paratus, &cætera. & Ioann. 5. Ibunt igit in supplicium æternum, id est, mali. Ideò timendum quoque est Deus, & nè simus nimium securi & tardi nè contingat nobis sicuti fatuis virginibus Matth. 25. quibus dicitur, Nescio vos.

D E G L O R I A N O V A E C I V I T A T I S.  
NNn 4 TIT-



Rimò, beatitudo nostra, quam cre-  
dimus & speramus nobis conting-  
re propter Christum, nō erit in hac  
præsentí ciuitate, sed in futura, Heb.  
13. id est, in cœlesti Hierosolymain  
cœlo, quod cœlū locus est, in quo  
Deus residet cum omnib. suis Angelis & electis, sicut  
dicit Esai, 66. Cœlum mihi sedes est, & terra scabel-  
lum pedum meorum.

Secundò, de illo cœlo inquit Ioannes Apoc. 21, qd  
ibi erunt populus eius, id est, oēs credentes & electi,  
& ipse erit eorum Deus, id est, coronator & glorifica-  
tor, vnicuiq; iuxta opera sua, Mat. 16. & 1. Cor. 15. Alia  
est claritas stellarum, & differt stella à stella. Rom. 8.  
quos iustificauit, hos & magnificauit. Nihil critice  
factū, quod ibi non remunerabitur, etiā potus aqua  
frigidæ, Matt. 10. & sic ex gratia propter Christū. Se-  
cundagloria, quod Deus hīc absterget omnē lachry-  
mam, id est, omnem tristitiam. Nam ubi est perfecta  
gloria, ibi nulla esse poterit tristitia, sicut dicit Esai.  
32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in  
tabernaculis fiducie, & in requie opulenta. Nulla ei-  
go tristitia hīc erit, sed perpetuum gaudium.

Tertia gloria, quod mors vtrā nō erit, tunc enim  
destructur, 1. Cor. 15. & implebitur, quod dixit Osias  
13. de Christo, O mors, inquit Christus ad mortem,  
ego ero mors tua: non amplius regnabis. Si non  
erit vtrā mors, neque dolor aliquis in corpore per  
infirmitatem aliquam, neque luctus, quia ille nati-  
tur & sequitur ex dolore aliquo, neq; clamor de ali-  
qua infirmitate, tristitia, dolore, miseria, &cæt, nulla  
enim ibi molestia erit in cœlo. nam omnia sunt in  
præsenti vita propter peccata nostra. at tunc in noua  
ciuitate non erunt. Iam transierunt vetera, & omnia  
noua facta erunt, ibi iusti fulgebunt sicut sol, Matth.

*... non nubent neque nubentur, sed erunt sicut Angel...  
li Dei, Matt. 22.*

Secundò ex integro dicere, quid sit beatitudo & qualis sanctorū gloria, nemo potest. Sic Esa. 64. & I. Cor. 2. Paulus, cùm ad hanc questionem perueniunt, tacent, & dicunt: Quæ auris non audiuit, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascenderunt per cogitationē, quæ sint illa, quæ Deus preparauit se diligentib. in cœlo. & Rom. 8. inquit Apoſtolus: Non sunt cōdigaz passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ in nobis reuelabitur; nihil amplius poterat dic̄, ideo credimus gloriam eternam.

Sic Petrus 1. Pet. 1. inquit: Corona illa immarcessibilis iā nobis in cœlo est reposita, sed reuelabitur in tempore nouissimo, in quo exultabitis, qui iam modico tempore cōtristamini in varijs tribulationibus, ut p̄batio fidei vestre multò preciosior sit auro: ideo iam videmus per speculū, & in enigmate, I. Cor. 3. & I. Ioan. 3. Charissimi, nuuc filij Dei sumus, id est, fide, sed nondum apparuit, quales erimus, & I. Timo. 4. In hoc laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum viuentē, qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium, quam salutem & nobis propter Christum concedat Deus, AMEN.

## CRUCEM TOLLERE QUID SIT.

## TITVLVS CCLIII.

**N**otandum primò, quod crux est interna & extera afflictio & aduersitas, quæ DEVS supra nos permittit. Nā Deus vult nos conformes fieri imaginis filij eius, Rom. 8. Ideò quæcunq; aduersitas, quæ nobis acciderit, illa crux nostra est, maximè si propter veritatem & confessionem fidei & nominis Dei fit & toleratur. Matt. 5. Beati qui persecutionem patiuntur, &c. Ideò inquit Christus Mat. 16. Qui vult post me venire, id est, ad illū locum, ubi ego sum,

NNn 5 Ioan.